



DOMINGO V PASCHÆ

Epístola Jac. 1, 22-27

CARÍSSIMI: Estóte factóres verbi, et non auditóres tantum : fallétes vosmetípsos. Quia si quis audítor est verbi et non factor : hic comparábitur viro consideránti vultum nativitátis suæ in spéculo : considerávit enim se et ábiit, et statim oblítus est, qualis fúerit. Qui autem perspéxerit in legem perfectam libertátis et permánerit in ea, non audítor obliuósus factus, sed factor óperis : hic beátus in facto suo erit. Si quis autem putat se religiósus esse, non refrénans linguam suam, sed sedúcens cor suum, huius vana est relígio. Relígio munda et immaculáta apud Deum et Patrem hæc est : Visitáre pupillos et viduas in tribulatióne eórum, et immaculátum se custodíre ab hoc sæculo.

Carísimos: Llevad a la práctica la Palabra. Y no os limitéis a escucharla. Engañándoos a vosotros mismos. Pues el que escucha la Palabra y no la pone en práctica, se parece a aquel que se miraba la cara en el espejo; y apenas se miraba, daba media vuelta, y se olvidaba de cómo era. Pero el que se concentra en el estudio de la Ley perfecta (la que hace libres) y es constante, no como oyente olvidadizo: sino para ponerla por obra, éste encontrará la felicidad en practicarla. Hay quien se cree hombre religioso y no frena su lengua: pero se engaña a sí mismo; su religión no es auténtica. La religión pura e intachable a los ojos de Dios Padre es ésta: visitar huérfanos y viudas en sus tribulaciones y no mancharse las manos con este mundo.

ALELUYA - Jn. 16. 28

ALLELÚIA, allelúia.
Ÿ. Surréxit Christus, et illúxit nobis, quos redémit ságuine suo.

Aleluya, aleluya,
Ÿ. Cristo ha resucitado, Él nos ilumina, a nosotros, los redimidos con su sangre.

ALLELÚIA.
Ÿ. Exívi a Patre, et veni in mundum: íterum relínquo mundum, et vado ad Patrem.
Allelúia.

Aleluya.
Ÿ. Salí del Padre y he venido al mundo, otra vez dejo el mundo y me voy al Padre.
Aleluya.

+ EVANGELIO +

Ioann. 16, 23-30

IN illo témpore: Dixit Iesus discípuis suis : Amen, amen, dico vobis : si quid petiérítis Patrem in nómine meo, dabit vobis. Usque modo non petístis quidquam in nómine meo : Péтите, et accipiétis, ut gáudium vestrum sit plenum. Hæc in provérbiis locútus sum vobis. Venit hora, cum iam non in provérbiis loquar vobis, sed palam de Patre annuntiábo vobis. In illo die in nómine meo petétis : et non dico vobis, quia ego rogábo Patrem de vobis : ipse enim Pater amat vos, quia vos me amástis, et credidístis quia ego a Deo exívi. Exívi a Patre et veni in mundum : íterum relínquo mundum et vado ad Patrem. Dicunt ei discípuí eius : Ecce, nunc palam loquérís et provérbium nullum dicis. Nunc scimus, quia scis ómnia et non opus est tibi, ut quis te intéroget : in hoc crédimus, quia a Deo exísti.

En aquél tiempo: Dijo Jesús a sus discípuos: Yo os aseguro: Si pedís algo al Padre, en mi nombre os lo dará. Hasta ahora no habéis pedido nada en mi nombre: Pedid y recibiréis, para que vuestra alegría sea completa. Os he hablado de esto en comparaciones: viene la hora en que ya no hablaré en comparaciones, sino que os hablaré del Padre claramente. Aquel día pediréis en mi nombre y no os digo que yo rogaré al Padre por vosotros, pues el Padre mismo os quiere, porque vosotros me queréis y creéis que yo salí de Dios. Salí del Padre y he venido al mundo, otra vez dejo el mundo y me voy al Padre. Dicen sus discípuos: Ahora sí que hablas claro y no usas comparaciones. Ahora vemos que lo sabes todo y no necesitas que te pregunten; por ello creemos que saliste de Dios.